



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

reā veste dissimulabat, hōc sanctior, quō super-  
bior. *Virginitatis florem*, malevolorum & caco-  
dæmonis invidiā, apud Virum in suspicionem addu-  
ctum, carentium vomerum experimento integrum  
probavit, malens familiam quam Virginitatem emo-  
ri; quam & à S. HENRICI fato, in Cœnobio à  
se BAMBERGÆ cum Dioecesi, erecto illibatam  
ad ultimum vitæ terminum servavit. Ex  
*Mart. Can. & sanct. Bavaria.*

## III.

**I**N Abbatia Divitensi, vulgò Tuitiensi, fe-  
lix discessus B. ROPERTI Abbatis, qui sci-  
entijs instructissimus, ac libris clarus, cum  
mundum totum curioso oculo, penitus in-  
spexisset, neque hic usquam, invidiā domi-  
nante, arrideret, pedem extra mundum, Divi-  
tensi in familia constituit: patrimonio in pau-  
peres liberaliter effuso. votis Deo arctius ob-  
strictus, ita in pietatis studia totus abiit ut lo-  
ci eius præfecturâ, omnium calculis dignissi-  
mus habitus sit. Et sane, dum non præesse,  
sed prodeesse desiderat, omnibus charus, cilicio  
cineribusque incubans, ad immortalitatis præ-

mia

mia evocatus est. Ex Appar. Gelen. Natalibus  
Domini Molani, & Valentino Leuchtio.

## IV.

**I**Tem festa Lux CAII PALATINI, Sociorūm-  
que eius numero septem & viginti, qui ex-  
quisitissimis tormentis excruciat, in mare de-  
iecti, stolis cælestibus mundati, immaculatum  
agnum sequuntur.

## V.

**E**SSENDIÆ B. THEOPHANIÆ Abbatissæ,  
Erenfridi Comitis Palatini, ex MECHTILDE  
Sorore OTTONIS Tertij Neptis, quæ magna omni-  
no augustissimæ Cæli Reginæ Cliens, quæque ad-  
mirabilium virtutum splendore, ita sacrum cœ-  
tum suum personarum ac virtutum numero au-  
xit, ut non immerito eius loci, & cæli delicium  
habeatur. Ex Appar. Geleniano.

## VI.

**P**HILIPPVS Comes de Hinsperg ex Preposito Cath-  
edrali, Cleri, Populique votis unanimi-  
ter electus, 45. Episcopus COLONIENSIS;  
Princeps qualem multis seculis non vidit Ger-  
mania, DEI, DEIPARÆ subditorūmque cultu in-  
signis